The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Relinquere ac
cum fonte primo

Nichil proderit
pecunias non habere, si
uoluntas fuerit in nobis possidendi.

non enim tam effectus filargyriae uitandus est quam affectus ipsius radicitus amputandus: nihil enim proderit pecunias non haberi, si uoluntas in nobis fuerit possidendi.

Iohannes Cassianus, *De institutis coenobiorum*, 7, 21 (CSEL 17, M. Petschenig ed., p.144, ll.25-28).

Miserabile autem est paupertatis ac nuditatis estus tollerasse, fructus uero earum casse uoluntatis uicio perdidisse.

Iohannes Cassianus de institutione monachorum libro VII.

miserabile namque est paupertatis ac nuditatis exitus tolerasse, fructus uero earum cassae uoluntatis uitio perdidisse.

Iohannes Cassianus, *De institutis coenobiorum*, 7, 22 (CSEL 17, M. Petschenig ed., p.145, ll.12-13).